



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

§. IV. Solvo argumenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

fuis confanguineis indubitanter, regulariter loquendo, iumendæ, eo quia condonatio iuridicæ non confitat; & repetita sine scripto condonatio purè est, ut loco sacro humari possit. Tum quia lege charitatis in Deum, & proximum tenetur, cum tam facile possit, avertere tot cõtra Deum peccata; & tot contra homines mala in confanguineos occisoris patranda. En opinio prout ubique certa negans ad absolutionem necessariam esse iuridicam pacem, nec satis ex corde declarata, ob inveteratum Corsicæ morem in vindictas certò probabilis. Si ergo talis est, cur ab Illust. Corsicæ Episcopo vetari non poterit, ita ut nemo graviter vulneratus absolvi queat, nisi pacem Tabellionis calamo exaret, si tempus sit?

N. 134 Tertia pars, quòd Episcopus iudicans cum suis T.T. opinionem in hac Diocesi improbabilem, debeat declarare improbabilem, immò petere possit iuramentum à Confessore saltem, de quo prudenter timet non paritutum, nam si plures sint, ea opinio non erit apud omnes Diocesis T.T. certò improbabilis) ne sub ea opinione absolvat. Confitat mihi 1. Quia Prælati Regulares possunt exigere iuramentum de sequendâ semper D. Thomæ opinione, & de non sequendâ oppositâ, etsi certò probabili: ergo multò magis Episcopus à Confessarijs, ne opinio certò in sua Diocesi improbabilis practiceretur. Si enim honestè à Thomistis exigitur iuramentum pro S. Thomæ doctrinâ iustitendâ, honestè à Scotistis pro Scoti doctrinâ, etsi utraque utriusque Doctoris opinio censetur ab utriusque T.T. sæpe certò probabilis, multò magis Episcopus stans inter duas, non certò probabiles, sed unam certò probabilem, aliam certò in hac Diocesi improbabilem, iuramentum exigere poterit. Confitat 2. ex Prælati Religiosis, qui sæpe sub præcepto vetant aliquas opiniones, ita ut ne quidem liceat probabiles dicere, ut in Soc. circa parvitatem in re venerâ, immò aliquando opiniones philosophicæ, purè speculativæ, quia indirectè conducunt ad errores, vel circa fidem, vel naturales, vetari possunt, quales sunt opiniones negantes materiam, & formam, & accidentia, atomorum corpusculis contentæ, quanto magis ab Episcopo opinio certò improbabilis animarum perniciem promovens? Confitat 3. quia ad iuramenti licentiam satis necessitas gravis, sed nulla gravior eâ, quam Episcopo se offert in sua Diocesi: ergo toto nisu, præadhibitis prius omnibus suavioribus medijs, conari debet, & nisi aliter possit, etiam iuramento petito, avertere, & radicitus evel-

lere probabilitatem, & practicabilitatē opinionis certò improbabilis. Semper tamen in hoc summâ prudentiâ procedendum, & minori strepitu, quem decet Virum Episcopum, ne in Episcopum quadret celebre Innocent. III. dictum de Celebrat. Miss. Falsa sunt abijcenda remedia, quæ veris sunt graviora periculis; quale sine dubio esset, si declararet ut certò improbabilem, quæ plerisque T.T. suæ Diocesis iudicaretur certò probabilis; etsi peteret iuramentum, ne ea practiceretur.

§. IV.

Solve argumenta.

S U M M A R I U M.

Probabile non fit improbabile stante probabilitate, sed dimissâ, n. 136.
Cur Urbanus II. vetuerit iuramentum de Ordinandorum idoneitate, n. 137.
Maior in Confessarijs necessaria idoneitas, ibid.
Divus Bonav. monet Confessarios, ne à penitentibus iuramentum emendationis petant, ibid.
Episcopus potest iuramentum à Confessarijs petere, ne talem opinionem sequantur, ibid.
Soli Papa convenit infallibilis declaratio improbabilitatis; reliquis fallibilis, n. 138.
Ad conscientia securitatem, aut probabilitatem opinionis, non satis, ut adsint Authores, n. 139.
Sola certò probabilis licet, & quæ sit talis, ibid.
Contra certum nil datur probabile, ibid.
Ne quidem Cathedralium Moderatores queunt aliquam tueri opinionem, nisi illis sit certò probabilis, ibid.
Papa regulariter damnant opiniones universales, n. 140.
Confessor iudicans penitentis opinionem certò improbabilem, nequit eam absolvere, ibid.
Theologi adulatores rejiciendi, & qui sequendi, n. 141.
Dictum D. Bernardi, quia non clamavit, ibid.
Elogia Episcoporum ex jure Canonico, ibid.

AD 1. concessio anteced. distinguo con-
sequens: opinio in genere supponitur
certò probabilis, concedo; in tali Diocesi,
nego consequi. Ratio est: quia non tenet il-
latio, hoc est in genere certò probabile: ergo
est ubique, & huic personæ certò probabile:
non enim Germania est Lusitania, nec una
persona est alia persona; nec alia Diocesis est
hac Diocesis: ergo nil mirum, quòd mu-
tatis circumstantijs mutetur certa opinionis
probabilitas. Recole dicta n. 122.

Dices me mutare quæstionem; quæstio N.
enim est, An Episcopus declarare possit im-
probabilem, quæ est certò probabilis, & ve-
tare

tare Confessarijs, ne juxta certò probabilem absolvant. Sed contra: quia tantum abest, ut mutem questionem, quin ita arguens ostendit se non capere terminos sensus specificativi, & reduplicativi, materialis, & formalis saepe à me expositos d. 1. n. 63. & alibi. Sanè nil certius, quàm quòd cæcus, itante cæcitate, videre nequeat, possit in sensu diviso à cæcitate; mortuus, stante privatione vitæ, vivere nequeat; possit divisus ab illà; atque adeo dum dicitur, cæcus videt, mortuus vivit: tò videt, & tò vivit, stat ampliatiè; ita ut sensus sit, qui fuit cæcus, modò videt, qui mortuus, vivit. Ita in casu nostro, dum quaritur, an Episcopus certò probabilem vetare possit suis Confessarijs, non est sensus, quòd stante certà probabilitate vetare possit, hoc enim non potest; sed est sensus, quòd opinionem certò probabilem possit hic, & nunc declarare improbabilem, & amissà certà probabilitate, vetare illam in suà Diocesi. Lege quæ dedi. sect. 1. §. 3. per totum, ubi similia argumenta solvi, dum ostendi, quomodo Papa possit certò probabilem improbabilizare; eadem enim solutio hic locum habet, retento discrimine, quòd judicium Papæ est infallibile, non ita Episcoporum.

N.
137.
Urban.
II.

Ad 2. dico justissimè ab Urbano II. Episcopis vetitum, ne de Ordinandorum idoneità exigant juramentum. At quid inde? Si quid enim probat, probat in nullo casu exigi posse juramentum, quòd cum factum sit, hoc ipso arguens tenetur assignare, quando Episcopus possit, quando non possit illud exigere: arguere autem à casu particulari Ordinandorum ad nostrum casum, est invalidè arguere. Ratio est: quia maior longè idoneitas necessaria est in Confessarijs, quàm in Ordinandis. In his satis idoneitas absoluta, seu vitæ probitas, & scientia Ordinis exercèdi. In illis necessaria præterea est idoneitas respectiva, nam Confessor est Pastor, Magister, Medicus, Judex; quantum ergo dicitur idoneitas relativa ad hæc officia obcurda; ab idoneitate purè absolutà Ordinandorum, tantò maior adeat causa exigendi à Confessarijs juramentum, non ita ab examinandis Ordinandis. Sanè si Episcopo inest facultas reservativa casuum, adeo ut in unà Diocesi aliqui casus ob justas causas reserventur, qui non in alià ob circumstantiarum mutationem; ita quoque inerit facultas vetandi, ne detur absolutio juxta opinionem, quæ omnibus rectè perpenis judicatur à ferè omnibus suis TT. certò in suà Diocesi improbabilis. Quòd si omnibus suavis medijs adhibitis prudentissimè timeat,

ne aliqui (erunt autem sine dubio, ut esse solet, Confessarij minùs docti, & minùs pii) suæ sententiæ declarativæ de improbabilitate opinionis pareant, poterit, ut imminens grave damnum ex ejus opinionis praxi præcaveat, exigere juramentum. De cætero factus erit à juramento petendo abstinere, juxta S. Bonav. qui tom. 7. in Confessionali paritula 20. pag. 50. ait: *Super omnia attendat Confessor, ut confitentem peccata faciat abrenuntiare, non tamen juramento, propter periculum perjurij, nisi in casibus expressis à jure... etsi mortale foret enorme.* Ecce illimitata petitio juramenti à poenitentibus, quia illis esset perniciofa ob periculum perjurij, imprudens, & illicita est. At petitio limitata juramenti à Confessore, ut abstineat à praxi opinionis certò improbabilis, à quâ lege naturalis aliunde obligatur abstinere, est hic, & nunc, adhibitis omnibus alijs medijs, necessaria.

S. Bonav.
vent.

Ad 3. dico, quòd declarare judicio infallibili opinionis improbabilitatem, cui fide Divina obsequendum est, est solius Papæ; at declarare judicio fallibili, non obligante ad fidem Divinam, prudentissimo tamen, & moraliter certo, quòd non fallatur, est plurimum aliorum infra Papam; nempe Congregationis Cardinalium, Inquisitionis, Universitatum, Episcoporum, Prælatorum Regularium, &c. V. quæ dixi à n. 114.

Porro non placet, quòd innuit Pignatellus, quòd Confessores sequentes aliquas opinionones, ut probabiles, non peccent, quia non desunt Authores, qui eas secuti fuerint, quòd satis, inquit, est ad securitatem conscientia. Non placet, inquam, quia supponere videtur, ad opinionis probabilitatem, adeoque ad conscientia securitatem, satis esse, ut adsint Authores: nisi enim hi sint magni nominis, & nisi ea opinio sit certò probabilis, tum suis Patronis, tum suis Adversarijs, pensatà omni loci, & personæ circumstantia, ob fundamèti gravitatem numquam, ut ad nauseam sæpius inculcabo, erit certò probabilis, nec satis ad conscientiam, ut expressè, & ex professo tract. 5. docturus sum, citatis pluribus; quibus addo M. Ferre 1. 2. tom. 2. tr. 6. de Probab. Opin. n. 144. M. Gonet. in Dissert. de Probab. n. 293. Neull. d. 21. pag. 107. Lumbier in 1. *Dammata* ab Innocentio. Vt ergo opinio sit certò probabilis, debet talis judicari relativè ad oppositam, & si ejus probabilitas ab ejus adversarijs innuatur, fit etiam extrinsecè certò probabilis. Porro implicat, ut contra certum detur probabile, quiddid dicat Lastra in 1. ab Innocentio *dammata* n. 89. supponens

N.
138.
Pignat.

M. Ferr.

M. Gon.
Neulle.
Lumb.

Lastra,
Innoc.
XI.

ponens, quod opinio opposita certæ, possit esse probabilis; quod est planè falsum, cum de scientiâ probabilis sit, ne detur, non tantum evidentiâ, sed etiam ne detur certitudo de opposito; nam probabilitas excluditur non a sola evidentiâ, sed & a certitudine oppositi. Hinc est, quod et si plures doctores Calvinistæ ex-gratent pro opinione Calvini, non ideo ab eorū Doctorum copia fit certò probabilis, eò quia opinio ea habet còtra se aliquid certum: ergo pro opinione certâ probabilitate necesse est, tum fundamentum relativè ad oppositum grave, tum ne quid certum còtra se habeat. Quare nimis jejune dixit Pignatellus satis ad opinionis probabilitatem, & conscientia securitatem, ut adsint Authores. Nisi enim opinio sit certò relativè probabilis, numquam conscientia certificabitur de non peccato. Quod adeo verum est, ut ipsi Cathedrae Moderatores, aut hi, qui juramento, aut contractu obstricti alicujus præclari Doctoris opiniones tuerentur, nisi ejus Doctoris opinionem judicent, præciso juramento, & contractu, certò probabilem, eam defendere nequeant, ut rectè P. Mendo lib. 2. de Jure Academi. & Neuill. d. 215. quæst. 15.

N. Ad Pignatelli monitum dico, me jam præsupposuisse, ante juramèti petitionem, Episcopii insinuationem Confessariis intimatam; quæ, & alia media, si videantur certò insufficientia, tunc juramèto utendum. Ad aliud, quod obtinendum sit, ut damnentur. Dico, tū quod hoc obtentum non sit adeo facile ob summam gravitatem, quâ Papa procedere debet; & sæpe malum Diœcesis est imminens; tum quod pleræque ante Papæ definitionem damnate à Theologis, alijsque Tribunalibus, & Episcopis, & Prælatibus, proscriptæ fuere; tum quod definitiones Pontificis regulariter se extendunt ad opiniones universales, non verò descendunt ad opinionem hoc, aut in illo loco, huic, aut illi personæ certò improbabilem; hoc enim est officium Superiorum immediatorum, quales sunt Episcopi respectu suæ Diœcesis, & Prælati respectu Regularium. Ad postremum dico, paritatem Confessoris esse contra Pignatellum, de quâ P. Moya tom. 1. pag.

7. ut enim Confessor absolvere potest penitentem, cujus opinionem judicat falsam, dummodo judicet certò probabilem, non verò si judicet certò improbabilem; ita Confessor talis Diœcesis nequit abolvere juxta opinionem, quam Episcopus, cæterique ferè omnes, sique gravissimi T. T. ejusdem Diœcesis declarant certò improbabilem. Sola enim mentis hebetudo, & tumor potest Confessario dictare esse adhuc certò probabilem in tali Diœcesi, quæ Episcopi, & ferè omnium gravium T. T. voto ibidem judicatur certò improbabilis. Qui vero confusulendi DD. pro opinionis probabilitate, lege P. Moyam tom. 1. pag. 11. P. Bresserum lib. 3. de Conf. cap. 3. P. Bardi ibid. cap. 4. M. Tapia lib. 1. quæst. 8. art. 21. n. 27. qui Principes egregie monet, ut caveant à T. T. assentatoribus, & dignitatum ambitiosis. Deum Theologi, & Episcopi, si fortè indigent, sibi applicent, quod D. Bernardus immeritò sibi lib. de Anima cap. 11. applicabat: *Mortis auctor extitit, quia virus, quod clamando expellere potui, non expuli.* Cur autem, nisi quia cum Episcopus sit *Dei oculis*, sit *animarum judex*, sit *Ecclesie Princeps*, (his enim, alijsque titulis à Jure Canonico decoratur, ut videre est in *Gemma Episcopali*, modo Romæ editâ à Marcello Zerbi pag. 2. & 268.) ministerio suo functus non est? cujus juxta Apost. 2. ad Tim. 4. est predicare, arguere, increpare, doctrinâ sanâ instare, quin convocatâ Synodo perniciosas opiniones Pastoralis Pædo comprimere, easque judicio Theologorum, non Assentatorum, (hi enim, si Episcopus ad rigidiora inclinet, omne rigidum approbabit, immò ad id obligabit, si ad laxiora, omne laxum amplectentur, quia certam legem negabunt) sed scientiâ, pietate, & prudentiâ illustrium, quorum industria certò probabilis à certò hic, & nunc improbabili seceretur. An verò Confessor Regularis ab Episcopo approbatus prævio examine sine limitatione possit iterum ab Episcopo sine novâ causâ ad examen vocari, optimè negat, pluribus adductis Congregationum decisionibus, Pignatell. tom. 4. consil. 174. & Pascucci v. Confessor pag. 197.